

nihil ad iudicandum sibi Deus reservaret: Nihil nisi iudicio reservari possunt. Ceterum si Deus, Dominus non sequitur, nunquam iustis temporalia bona concederet, non desse videretur occasio dicendi, bona hac sumptu natura esse mala, eaque non a Deo, sed a demone imperti, qui fuit haereticus Manicheorum; Non a Deum ista pariter dicerentur: & si iusti semper eorum assensum, ac prosperitate perfruere, periculum esset, ne quis arderet, nullam praeterea virtuti sperandum esse mercedem; & religio adeo mercenaria cupidus, avaroque potius, quam pius, sanctioque facere videretur: Nec pius nos faceret ista servitus. *Ioh. prius capidus, & avares.*

Deus, vulgo Doctores inquit, non panit omnes mundi huius peccatores, ne vel resurrectio non expectetur, vel non timeatur iudicium, quasi omnes in hac vita iam iudicati fuissent. At neque omnia critica vitia impune abire patitur, ne de illius providentia ambigatur. Itaque punit aliquando, aliquando vero non punit. Cum in hac vita punit, ostendit eos, qui puniti non fuerit, in altera puniendos esse; ubi vero non punit, nostram exercet fidem; & vult a nobis secundum expectari iudicium toto caelo terribilius, quam quod in hoc mundo exercetur.

Si passim impit prosperis rebus frui videntur, hoc accidit, sancti Patres inquit, & inter ceteros Sanctus Chrysostomus, quod non omnino sunt impit, & quod in eorum vita aliquid laude dignum videtur. Difficile completa invenitur impietas; in ipsis viis iniquitatis interlucet rectitudinis quaedam, & quaedam virtutes sua iugo, & in catenis vici captivae. Superficialis haec bonitas, Sanctus Augustinus ait, specie quadam felicitatis pensatur, Deo peritiora conferente solatia peccatoribus, quos aeternis destitavit suppliciis. Viri enim vulgo exagitari dicuntur; at qui non sunt hi vii boni adeo perfecti, qui nullam habeant imperfectionem, humanarumque infirmitatum immixtionem? Non igitur mirum esse debet, si aliquando iustos affligit, si impiis nonnullarum temporalium prosperitatum solatia concedit; qua tota est merces, quam illis impertit.

Cum relinquat Deus infignes peccatores prosperis frui rebus, eoque cumulat bonis, quin eorum gaudium, noxique voluptatum funesto aliquo casu obstrepat, hoc tere manifestum indicium est, hos ab illo deteri, neque amplius tanquam filios haberi. Magna est ira Dei, S. Bernardus ait post S. August. cum non exercet iram suam in peccatores, eoque sunt impune peccare. Hi sibi persuadent, se a Deo amari; hunc sibi favere, quia omnia fluunt sibi et sententia, & nulla re perturbantur felicitas illa, qua gaudent. Aliquando etiam insultant iustis, qui assurgunt a Deo, rati propter gravia afflictari peccata, quemadmodum amici Job magno huic, affligentem Dei famulo exprobrabant. Sed falluntur. Error illorum est cecitatis effectus, & cecitas haec effectus iusti, atque formidabilis iudicii Dei adversus illos. Non noverunt Divinae providentiae erga homines consilium, quo alios quidem tanquam filios, alios vero excipit tanquam inimicos, ita ut liqueat, hanc felicitatem, ob quam peccatores gloriantur, saepe effectum esse Divinae erga ipsos indignationis.

Considerandum est, nefarios homines, quos praevidet Deus futuros per nequitiam, & perniciam suam ex numero reproborum, non aliam habere partem in bonis Dei, nisi eam, quam possident ex fluxis mundi huius bonis, & in alia vita, cum nullam habituri sint hereditatis dominicae partem, in aeternum rebus, ut in rerum omnium affluentia vivant, & id consequantur. Quod eorum eor concupiscit, atque omnibus presentis vitae deliciis perfruatur sine ullo iudicium Dei timore; ne illis metuendum valde est, ne, si hoc in statu illos reliquerit, haec affluentia, & prosperitas causa sit, & indicium reprobationis eorum; cum interitum aeternae, labores, & adversa, quibus in terra iustus exercet, haec aequi, bonique consulentes, tanquam media, quibus pro peccatis suis satisfacere possunt, ad id profunt, ut illos ea digniores efficiant hereditate, qua ipsis manet in caelis.

Hominum plerique indultis, meritoque suo acceptum referunt, quidquid ipsis dicit et sententia, quidquid vero accidit adversi, hoc in eorum reiecit sortem, quae temere, & inconsulto homines attollit, demittitque: unde fit, quod prosperitas, quae nostram ergo Dominum excitare debet cognitionem, eorum dumtaxat instat superbiam; & adversitas, quin illos Divinis legibus subjiciat, efficit saepe, ut animos deponant.

Periculosissimus prosperitatis effectus est peccatorem incorrigibilem efficere, ideoque ad finalem impenitentiam perducere. Et ratio constat. Via enim, qua

nostra castigare possimus errata, haec est, si corripimur. At beati huius saeculi ad apicem felicitatis evecti ut plurimum neque a mortali quopiam, neque a Deo corripuntur: homines quippe non audent illos corrigere; licet deberent eo esse animo, quo fuit Sanctus Joannes Baptista, ut principum indignationem, ac inimicitiam subire non reciderent. Quomobrem homines hujusmodi tententur inveniunt assentatores, censorum vero vitiorum suorum neminem. Neque corripuntur a Deo: cum enim extrinsecus semper effusi sint, ac mandatis gaudiis, & voluptatibus additi, non audiant quid illis exprobrare possit Deus aut ministrum suorum voce, aut conscientia stimulis, aut interioribus gratis, quas illis identidem elargitur. Oportet, nimis elata voce Deum loqui, ut ab id genus mortalibus exaudiretur; at e contra raro tantum, ac submissa voce loquitur ad illos, & saepe ne verbum quidem profert, eos tanquam filios a se relictos putans, quos ne ira quidem sui dignos arbitrat; unde sequitur, quod peccator in eodem statu permanens moritur in impenitentia, post fluxam, brevemque felicitatem in aeternum iseluxit.

Spes duplicem habet effectum: prior est efficere, ut invisibilia, aeternaque bona desideremus: quia magna, & solida nobis videntur; alter est efficere, ut illa speremus, quia facilia nobis videntur, quae Deo deo acquiramus. Prosperitas, utrumque hunc spei delectum, vel saltem cum illis simul esse non potest. Homo enim, qui prospero rerum cursu gaudet, & affluenter omni bonorum, ac voluptatum genere perfruitur, illecebris, captivusque tenoribus bonorum amore, & crassioribus festinam voluptatibus ebrius alicujus potest cogitatione spiritualium bonorum, quae spes Christiana illi proponit? S. Paulus negative respondet: *Animatus homo non percipit ea, quae Dei sunt.* Homo carnalis Divina non gaudit, libenter omnes voluptates reuenerat, dummodo semper terrenis perfrui sibi liceat.

PARAGRAPHUS VI.

Delecti ex Affectibus, recentioribusque Concionatoribus loci huius argumenti.

Quid hominum plerisque fallit, estque scandalum adfert, hoc est, quod putant aliquem ideo beatum esse, quia improbus est, cum res e contra accidit: & ideo improbus est, quia beatus. Vel Deus dispositionis huiusmodi infirmus? Et alterum, hoc nonne falsum, ut eam iustissimam esse intelligas? At enim iustus est Deus, qui impiis prospera tribuit; sed ego alter argumentor; dicendum est profecto prosperitatem magnam esse malum, quandoquidem pars est impietum. Quid enim deterius concedere potest impiis Deus, quam prosperitatem, quae eorum crimina fovet, & quae maximum est aeternae illorum felicitatis impedimentum? *P. de la Colomiere in Christianis Conseruationibus.*

Fateor equidem, saepe Deum mundi saeculorum terrae bona relinquire; verum scias, nunquam horum perfectam oblationem illis concedere, patitur quidem eos possidere, quod quaerunt, sed in deus prius iudicantem abscondit; rem quidem illis permittit, non autem cupiam felicitatem. Obinet illi ingentes opes, digitate infignes, molles voluptates, at nihil fecerit semper tui miser. Neque mireris: fallax est eorum prosperitas. Videntur quidem nequissimi peccatores, versuti feneratores, corrupti iudices, publicarum pecuniarum raptores in singulis diebus majorem felicitatem acquirere, & beatiore fieri; sed illos videri, dixi: non esse. Haec est pernitata felicitas & cortex mendax: *Bractea felicitatis, uti Ethnicos quidam loquuntur.* Vir bonus non agnoscit felicitatem suam, nisi videat hos facili beatos re ipsa calamitosissimos esse. *Specimen eloquentiae Abbatis de A. vignac.*

Felicitas, quae viginti vel triginta dumtaxat permanet annos, & quae hoc elapso tempore evanescit, & quam gravissima subsequitur miseria, invidenda non est. Talis est prosperitas impiorum; quae praesentis vitae terminos non praeteregitur, illi nihil seculum in tumulum afferunt, & quae sequuntur, sunt funestissima. Haec pompa, hic motor, quibus septi sunt, haec dignitatis insignia post mortem omnia evanescent. Tunc lampas eorum extinguitur; decidunt in tenebrarum abyssum, & in nullam rediunt spem intereunt. *Autor Anonymus.*

Deus, qui punit eos, quos filiorum numero respicit in hoc

in hominum vita bona malis admiscet, praesertim vero in vita fidelium; & utraque temperat, ne illos in se prosperitas, si semper constans extiterit, neque adversitas opprimat, nisi cessaverit. Etiam ut Sancti animadvertant, difficultis esse prosperitatem, quam adversitas non cedere, & alterius fulgoris periculosior est pondere alterius. Saepe docti experientia vidimus eos, qui in adversis vixi sunt sapientissimi, tales esse desisse, cum Deus illos liberavit: & finem arumnam factum fuisse lapsus principium. *In viciis Prophetarum, vita Elisei Prophetae.*

Facile intelligimus, quomodo qui nullam unquam in terra gustat voluptatem, omnibus mundi voluptatibus vacuus, diuque suos in egestate, & squalore ducens, vivere possit in terra, quin illi adhaerescat, ibique velit permanere. Quomodo enim adhaerere velit creatis rebus, quae nullum filii afferunt solatium, & non nisi summam infelicitatem promittunt, cum per fidem videt, esse istic esse iniquitatem, & advenam, necnon in caelis filii paratam esse beatitudinem nulla ex parte deficientem? Non magno illi sat labore non amare illud solum, eamque regionem, ubi nihil possidet, & ubi omnia plurimum conferunt, ut ipsum miserum faciant. Huius characteris anima in civitate haec egestatis conditione posita nullam suavis inveniendi potest solatium, quam sibi meti dicens, haec mea sedes non est; terra haec mea patria non est: hic tanquam in exilio sum: quamprimum in Sanctorum sedem avolabo, ubi omni deliciarum, & bonorum genere perfruar: terrena haec omnia pereunt, firmissima fortunae adversitatis, & mutationibus sunt obnoxia, sed infiniti desiderii, quibus in caelo perfruar, nunquam mihi auferuntur. Verum enim vero sanctus hi adeo salutaris locum habere nequeunt, in anima bonis, & opibus circumsperta; in silentio, & prosperitatis statu omnia illi adveniant, sed in adversis, & calamitatibus omnia illi favent. Heu! quam difficile est non cupere ibi semper manere, sed in adversis, & calamitatibus omnia illi favent. Heu! quam difficile est non cupere ibi semper manere, sed in adversis, & calamitatibus omnia illi favent. Heu! quam difficile est non cupere ibi semper manere, sed in adversis, & calamitatibus omnia illi favent. Heu! quam difficile est non cupere ibi semper manere, sed in adversis, & calamitatibus omnia illi favent.

Cave, credas, mundi felicitatem gratiam esse, quam lux tantum amicus concedat Deus. Saepe Deus opes, & honores comedit iratus, ubi ab ipso petuntur, eosque penitus tribuit, ut irquit Sanctus Augustinus. Te delinaverat, ut in cecibus, ac humili loco viveres, ut hac via ad gloriae cumulum te perduceret: atque in ira sua te totum damnat. Opes, honores, dignitates, ridens fortuna, prosper rerum cursum, rotunda valetudo, qua diu his rebus omnibus perfruaris, haec omnia tibi conceduntur in poenam. *Idem.*

Non semper tamen ob hunc finem Dominus haec bona tribuit, quae humanum cor peritatis terrae bonis agglutinat: ea aliquando etiam impertit tanquam praemium, atque temporales largiuntur opes, veluti praedam virtutum aliorum, quae mere humanae sunt. S. Augustinus accidisse testatur hominis, qui tantam obtinere potentiam, & gloriam in moralium virtutum laudem mercedem. Bonus est amicus, in promissionibus fidelis, integer vitae, reclus, patrie amore succensus, aique ad illius utilitatem, ac gloriam tuendam satis generosus: haec omnes virtutes, quarum anima charitas non est, pro cuius acquisitione nullus sat momenti; sed illas Dominus remunerare in terris; cumque profus humane sunt, illis praemia prolixius humana retribuit. *Idem.*

Jesus Christus ubique desperare videtur de illis, qui in opibus, affluentia, ac prosperitate vivunt; ubique occurrunt anathemata illis intentata, qui fallacibus mundi gaudiis oblectantur; in omnibus ferme sacrorum librorum paginis illi, qui vitam inter delicias ducunt, maledicto percussu videntur; ubique adiuntur detonare fulmina in eos, qui cum saeculo loquantur: ubique leguntur promissiones, quae ingenti solatio sunt illis, qui istic patiuntur: ubique praesentis saeculi felicitas impiis tanquam eorum hereditas traditur: ubique coelestis beatitudo iustis promittitur, qui istic in squalore versantur; ubique legimus terre huius beatos jam mercedem suam recepisse, & ubique docemur regnum passurorum, & pauperum de hoc mundo non esse. *Idem.*

Mundus nobis periculosior est, Sanctus Augustinus ait, cum ridet, quam cum persequitur, & favores illius, quibus nobis commendatur, magis metuendi *Houdry Bibl. Tom. III.*

sunt, quam repulse, quae nos ad eum contentandum inducunt. Et sane seu temporalem ipsas prosperitatem ex ea impressione, quam efficit in corde, ut illud corruptat, seu ex ea facilitate, qua velicatur affectibus, ubi cor jam laqueo corruptum latebris, salutem in rerum copia adeo difficile cursum posse, ut fidelis, qui fidei lumen sequitur, omnia prosperitatis, qua fruatur, bona respiciat debeat tanquam terribilia caeli flagella, & supplicia, quibus Deus iratus hominem punit.

In prosperis, ac dignitatibus omnia aliquid conferunt ad cupiditates nostras fovendas: laudes, quas mortales nostra fortuna devoti indigeste prodigunt nobis, adulantium caetera, qui spectati sumus, noxiam exaggerare minimas actiones nostras, quae bene videntur, & speciosum obtulerunt nequitiam. Quid dico? Malum adhuc gravius est; ad emulatum usque evalit, & excogitatur aesa callida vita ipsa probandi, & illis omnium virtutum colores allinendi. Homo ita spiritus adoratoribus, atque his laudum illecebris corruptus se mereri putat, eo quod ipsam mereri dicitur alii.

O quam tristes sunt prosperitatis effectus! Quandoquidem ita res se habet, Domine, & mundi pompa tot scopulis circumsperta est, inque me in humilis facta mei caligine, ubi tutus sum; quoniam nitens, & magna mundi vita tot est impedita laqueis, averte ab ea pedes meos, ut ambulem totum in umbra latens rerum omnium egeni, ubi cor meum a rebus terrenis sit magis expeditum. Huiusmodi esse debent nostrae cogitationes, & verba, ubi spectamus ea mala, quae prosperitas parit, metuentes, ne haec tota sit hereditas nostra, & experientia docti in prosperis plures esse in aeternum perendi occasiones. *Idem.*

Cui qui prosperis fruuntur, gratias recipiunt, abutuntur illis, & haere semper inutiles funt. Sua vel nullam, vel modicum habeat effectum in illis, qui prosperitate fruuntur. O quam tristes sunt prosperitatis effectus! Quandoquidem ita res se habet, Domine, & mundi pompa tot scopulis circumsperta est, inque me in humilis facta mei caligine, ubi tutus sum; quoniam nitens, & magna mundi vita tot est impedita laqueis, averte ab ea pedes meos, ut ambulem totum in umbra latens rerum omnium egeni, ubi cor meum a rebus terrenis sit magis expeditum. Huiusmodi esse debent nostrae cogitationes, & verba, ubi spectamus ea mala, quae prosperitas parit, metuentes, ne haec tota sit hereditas nostra, & experientia docti in prosperis plures esse in aeternum perendi occasiones. *Idem.*

Occasiones, & externa omnia plurimum conferunt, ut hominem prosperis gaudentem rebus a via salutis avertant; atque huic sunt totidem obices, quos anima vite molli affluente summa cum difficultate potest superare: omnia concurrunt ad stendas, fovendaeque in ejus corde affectiones, eas vero potissimum, quae sunt periculosissima: obiecta cateratam sese omnibus illius sensibus exhibent. Infelicia fortuna principis alicujus mancipia illius scrutantur pariem infirmorem, & nihil intentam relinquunt, quod illi valeat vestigare: spectacula, ludi, commercia, attentiones, negotia callide inceperit, & callidus ad finem perducta, nihil praetermittit: quilibet querit illius cor fallere, & quilibet se illud fellissimè gloriatur. Adulatores, qui illi circumstant, identidem cupiditatis huius nova suggerunt obiecta, ad ejusdem ardorem irritandum. Ita omnia concurrunt ad inducendum in bestes facili oblivionem sanctae patriae, ad quam toto nili iugiter est contentandum. *Idem.*

Hic, Domine, tua secreta consilia venerot: videns enim terrarum orbem repletum bonis, qui afflicti de providentia sunt, & impiis, qui bonis omnibus affluunt, illos in via prosperitatis summa inopia, hos autem in copia, illos in egestate, quos in felicitate, non possum, quin oblupefcentiam propter spectaculum, quod sapient, iustaque providentiae adeo videtur oppositum. Cum mali divitiarum mensam epipare instruatam video, Lazaro interitum excessum mensam decidentem, sibi que per crudelitatis excessum negatas petente: cum video tot infignes sceleribus homines omni honorum, commodorum, ac deliciarum genere

In prosperis non desunt, qui nobis peccatis libentibus dantur.

Gratia Dei vel nullam, vel modicum habeat effectum in illis, qui prosperitate fruuntur.

Quoniam in prosperitate summa inopia, hos autem in copia, illos in egestate, quos in felicitate, non possum, quin oblupefcentiam propter spectaculum, quod sapient, iustaque providentiae adeo videtur oppositum.

Cur Deus non punit omnes mundi huius peccatores, ne vel resurrectio non expectetur, vel non timeatur iudicium, quasi omnes in hac vita iam iudicati fuissent.

Superficialis haec bonitas, specie quadam felicitatis pensatur, Deo peritiora conferente solatia peccatoribus, quos aeternis destitavit suppliciis.

Prosperitas impiorum merito est reprobationis.

caeterum efficitur in contentum.

Prosperitas non desunt, qui nobis peccatis libentibus dantur.

Cur permittit Deus, ut in prosperitate fruuntur.

Prosperitas impiorum merito est reprobationis.

Mundi prosperitas merito est reprobationis.

Impiorum prosperitas merito est reprobationis.

Deus in hominum prosperitatem merito est reprobationis.

more affluentes, tot interim iustis, ac innocuis rebus omnibus, que ad vitam sunt necessaria, carentibus: fteor, inquit Propheta, meos commoveri pedes, & parum abesse, quominus tam infimulem providentiam de nimia erga impios quidem indulgentia, erga bonos vero crudelitatem. Parum abest, quominus te injulitia redarguam. Etenim cur, necum ipse reputo, hic homo, qui nomine tenus Christianus est, moribus vero, & actionibus Ethnicus, fruatur vita tranquilla, ac profunda pace in terris, cum interim homo vere fidelis sub arummarum pondere gemit, & languet? Cur diviti nequam omnia ridet? Principis thesauri hinc ubi patet; gratia omnes effundunt in illum; grandis agros ejus non depopulant, terra, cœlum, & elementa omnia aliquid conferre videntur peccatoris laetitiae, & voluptatis, cum interim vir bonus omni carere ope; & donec ille bonis omnibus distulit, iustus se videt derelictum, dejectum, ab omnibus contemptum, & sine ullius auxilio. *Idem.*

Animum a terra bonis avellere, & cœlestia tantummodo desiderare, sunt sensus Christiani, & salutaris, qui effectum suum obtinere non possunt in corde bonis, & voluptatibus affluente; omnia illi in affluentia, ac prosperitate statim adversantur, cum interim in statu afflictionis omnia illi saveant. Quomodo namque omnes cordis motus intendi possint erga Sanctorum sedem, dum inter peccatores tantum dulcedinis invenitur, & quomodo preces hanc vita respici potest tamquam tempus exili, cum tanta reperitur voluptatum varietas, quibus occupatur animus, & quomodo nonnulli obiter uti creatura potest, quarum illecebræ fascino? *Idem.* In hoc prosperitatis statu mortales ea fruuntur anime tranquillitate, que similis est tranquillitati impii Evangelicæ, que postquam multa cumularaverat bona, dicebat intra se, latere, anima mea, quiesce, habes enim opes in plurimos annos collectas. *Idem.*

Vides divitem hunc superbum, impium, magnum nihilominus, eaque fulgentem auctoritate, quam insignis illi dignitas confert. Omnia coram ipso contemnit, omnia illius cedunt imperiis, nihil vi capitatum ejus resistit. Arbitrii juris, & legum, quas pro se latis non putat, everte, opprimit, destruit, que aliquis eidem adversari conetur. Spectaculum hoc tibi scandalum ingerit, verum ne scandalizetis. Non enim desine providentia consilia reparandi ea mala, que impii hujus hominis inter injulitia, sed consilans prosperitas, qua ipsam inter scelera frui vides, indicent est, horam illius non procul abesse. *Pater Averlaniensis sermone de temporibus panis petriani.*

Mala, que in terrenis quarandam familiarum negotiis videmus, frequenter nobis ostendunt, Deum in hac etiam via punire eos, qui acceptis bonis abutuntur. Ostupescimus nonnumquam videntes insignes quasdam domos corrumpi, ac repente labefactari, & causas inquirimus. Quisnam aborbere potuit tot prædiorum, tot dignitatum, tot manerum locupletissimos redditus, ac fundos? Hæreticis consule, ac intellige domos hæc adeo opulentas fuisse impiorum domos, eos, a quibus constituta fuerunt, homines fuisse omnino religione vacuos, ob infanas libidines famosos, & qui in summa rerum affluentia, ac prosperitate id unum cogitarent, quomodo in terris fortunam suam stabilem, atque certam facerent. Eorum infana vanitas, immoderata ambitio, cæca profusio, effrenis intendi cupiditas tandem excitantur procellas familiis magis perniciosas, quam vehementissimi squiones; idque permittit providentia, ut intelligeremus, scelera quibus nosmet mancipamus in rebus prosperis, esse causam, quod hæc prosperitas fluxa est, nec diuturna. *Idem.*

Næ illi quidem perperam intelligerent Christianæ disciplinæ rudimenta, qui arbitrarentur virtutem facilius, atque constantius in prosperis, quam in adversis exerceri. Si mihi minus ferendum esset, diceret aliquis, fidelis mea manera obtrem; ærumne omnes meas occupant curas. Qui in bonis ducunt dies suos, ingratiissimi profecto essent, nisi Deo inservirent, vite necessitates, & molestias illos ab illo minime avertent; id unum cogitandum ipsis est, quomodo se ipsos sanctificent. Sed indefinenter cum incerta, ac levi desperata fortuna in angustias, metu, laboribusque luctantes quomodo simul ad anime nostræ sanctificationem animam appellere possimus? Argumentum fidei homine indignum! Quin consideramus, quam cum salute nostra rationem nostram habere possit fortuna, faciente sapientes plus virtutis requirit ad eam tuendam cum felix est, quam ferendam, cum est calamitosa; & moderatioris suapte natura infrequentiorum,

ac difficiliorum esse, quam patientiam. Non magna opus est constantia, ut nosmet disponamus ad ea subeundas calamitates, quas ne prævertere, neque eludere possimus; ac sine magna sensuum nobilitate animam appellere nequeamus ad eos contentendos eventus, qui nostram palpant cupiditatem. *Liber, cui titulus: Considerationes in varia religione, & moralis argumenta.*

Hæc nequam incedit admiratio, ubi vident impios in terra triumphare: sciunt enim fortune bona esse non posse premium virtutis, & a Deo ita committi, ut hæc ab inimicis suis possideri permittat. Illi miseracione ducuntur calamitosam hominum, qui hinc bonis abutuntur, ut flagitiosam ducant vitam: prævident enim terribilem ultionem, quam futurum est, ut aliquando ex illorum ingratitude deprecetur Deus. Hæc inquit, hæc voluistis aliquando deservire, honores isti evanescent, servitus huic licentia succedet; hanc elationem, ac existimationem æterna excipiet ingnomia. Copia, & voluptas cum nocentibus præterbunt; & hi homines impii adeo in hac vitæ felicitate, in altera erunt miserissimi. Viri boni possunt melius veritatem exprimere dicentes, impios miseros esse, ex quo sunt beati; & in eorum fato, donec etiam hanc vitam vivant, nihil calamitosius esse ipsa felicitate. *Ipsa felicitas impiorum ipsa ipsorum est; ait S. August. in Pl. 93. Idem.*

Qui videret hos fortune amicos delicias affluentes, ab omnibus in honore habitos, & quibus Deus ad aliud quod tempus parcat, diceret procul dubio nihil eorum illa esse jucundius, nihilque eorum vite geram optatus. Sed qui illos intus, & in cute scrutari velit, videbit esse pelagus, quod temporis malicia tranquillum videtur, sed quod semper aliquam tempestatem, ac rupem suo sinu abscondit. Qui videret vitam latam que decurrunt, quin ullam inveniunt obicem, diceret nihil illa eorum esse tranquillius, nihil pacatius: sed si penitentes cordis illorum lateribus rinaretur, atque in antecessum videret abyssum, quo commentia hæc ducit dulcedo, nihil est terribilius, nihil horribilius, nihil deplorabilius. Hunc rerum omnium copia irati, honoribus cumulati, ab omnibus collis, deliciis innatate, extra omnium molestiarum factum esse, omnibus doloribus inivium, quid hoc suavia? Sed per latam hanc viam ad supplicia nullum habitum finem advolare hæc timesamus, atque finem adeo terribilem temis, velleque evitemus. *P. Massillon.*

Prosper, vel infelix rerum nostrarum exitus vulgo pendet a sexcentis peculiaribus circumstantiis, sexcentisque causis, in quibus nullam ipsi partem habentis Occurrit, occasio, momentum, hilum, nihilum, ut videtur, sæpe vel retardavit, vel feliciter maximum quodvis opus ad finem perduxit. Certa quadam rerum coactione, que nullam intra se rationem habere videbantur, effectum esse exempli gratia, ut ex duabus familiis in eodem gradu, ac loco postis altera quidem repente corrumpat, altera ascendat. Omnem hominum exere prudentiam, nunquam prænovere poteris hæc circumstantiis, occasiones, tempora vel adversa, vel prospera; nunquam illa vel accelerare poteris, vel anovere. Deus igitur unus est, cuius sapientia, & potentia tante sint, ut omnia agnoscere valeat, quid futurum est, ut paulatim illud disponat per eas vias, que nos latent omnino; ut certum sibi invidiam adversantiam videntur, ut ex illis illud, quod contendit, evadat. At itane Deum adigere vultis, ut vobis favet, ut pro vobis varios vite eventus disponat, ut negotiorum vestrorum cursum prosperum faciat, a cultu illius recedentes, legem ejus violantes, atque vomer palam inimicos ipsius profrentes? *P. Girault sermone de humana prosperitate sermo 3. Quadragesimo.*

Obstupescimus, cum opulentas, affluentisque bonis omnibus domos repente corrumpere, atque unius, ut ita dicam, diei spatio dissipari videmus. Earum ruina conterit creditores, ac hæredes, qui in nullam reditus spem intereant. Illis ipsis, quorum nullæ res agitur, stupor incedit, & ultro, citroque suscitatur, quamquam via tanta bona adeo celeriter abire poterunt? Hoc Dei fulmen est ultionem patens ex patre ferore, concussionibus, atque injulitiosis locupletato. Hic tot calamitosorum sanguine luerat flaginatus, omnia in urbe, ac provincia delugitaverat; sed juxta emphaticam Jobi verba, Deus facit, ut evomat omnia: Divitias, quas depopavit, & de viderit illius extrahit, ait Deus. *Job 20. Vobiscum, o Bildeles, reputate, ac in mentem accerite, quidquid hæc in re notis. . . . Non satis intelligitur: sed hoc Dei fulmen est, quod avercit prosperitatem familiarum, que per nefas ad fortune apicem ascenderunt. Idem.*

Homines in prosperis non ita felices, ut existimantur.

Prosperitas & felix negotiorum eventus unice pendet a Deo.

Dei iustitia aliquos eventus in domo, que per injulitias ceteros.

Quare via impiorum prosperatur? interrogat Jeremias Propheta cap. 12. alloquens Deum? Vias tuas, Domine, relinquunt, leges tuas contemnunt, infonem opprimunt, papillum, ac viduum diripiunt, nullum iumentum relinquunt scelus, ut in mundo niteant; & re ipsa nitent, constantique felicitate fruuntur. Cur hoc? Quare via impiorum prosperatur? si hoc ex me quaritis, Audite, non debet, unde vobis faciam fati. Etenim ipse ex vobis visillum quero, quid per asseram hanc prosperitatem intelligitis? Intelligimus, dicetis, peccatores in terra beatos esse, ita ut bona omnia in eorum sinum confluere, mala omnia eos fugere videantur. Si ex specie externa judicium ferendum est, illi nihil patiuntur, communibus miseris obnoxii non sunt, in luxu, & rebusque omnium affluentiis vitam traducunt. Scio equidem, fratres, externam speciem felicitatis eorum esse testem: sed externe speciei non semper fides est habenda. . . . Etenim quo tandem fallax hæc evadit felicitas, qua homines ita inebriantur, & que nostris oculis alliciat in æternam damnationem. Hæc aliquando ultra requiritur præter hoc unum verbum; si rite meditetur illud, ut cor nostrum avellat a rebus omnibus, que mundi prosperitatis appelluntur, & ut eorum illusionem intelligamus. *Idem.*

In prosperis magne fidei veritates, magna objecta, que nobis illa proponit, puta, vite alterius bona, Sanctorum felicitas, suavia, que in Dei cultu percipitur, virtutis beatitudo, nos ne afficiunt quidem; etenim sensus omnium hominum attentionem exhauriunt, eumque imparem reddunt, quominus invisibilia cogitent bona, & multo minus diligit illa. Quomodo enim error austeri potest homini erro fortuna, ac omnia sub auctoritate sua tremere impicim? Quiddid aliis accidit, eorum calamitas illum erudire non potest: immo videtur eidem novas asserere vires, ut crescat; atque se ipsam tanquam ab omni infortunio cœrens immunen dicit illi, quod impium dicentem inducit Propheta Pl. 29. Dixi in abundantia mea, non movebor in æternum. . . . Adde his prosperitatem, instillat lentè, occultitque veneni paulatim in cor ipsum obrepere, ac sensum animæ optime natas corrumpere, & cretamque insipire superbiã, efficiere hominem perfidiosum, superbum, contemptorem, prout illum alieno libralit potestati; illum denique in luxum, & mollitiem concitare, eique omnimodam Dei oblivionem immittit. *In specimine sermonum pro Advocatus, sermone pro S. Dominica.*

Peccatores beati, atque florentes vulgo se ipsos tanquam fortuna sua auctores respiciunt, siamque temporalem felicitatem veluti opus suum considerant, dexteritati suæ referunt acceptas opes, quas adepti sunt, honores, ad quos pervenerunt, ac si sibime clanculum plaudentes dicunt, nos ipsi, non Dominus, hæc fecimus: *Manus nostra fecit hæc.* Hæc autem cordis tumor est mors spiritualis, qua illos preceat Deus, ut Sanctus August. in Pl. 38. inquit, etenim per superbiam, qua insultat, amittunt gratiam, qua vivebant: Superbia, qua insumensur, amittunt gratiam, qua vivunt. Inebriantur sua prosperitate, atque insipienter memorem Dei, & saluti suæ, ac ad præsentis duntaxat vite delicias galfandas incumbant. Sibi persuadent, honorem, qui sibi deierant, tributum esse meritis suis debitum, & recipiunt thus, quod sibi adoleat, cuius vulgo perfringuntur, ne amplius se ipsos agnoscat. *Sermone itidem pro secunda Quadragesima Dominica.*

Cacitas est ferme individua prosperitatis bonum; cum aliquis fa putat esse certum temporalem bonorum dominium, quorum gaita possessionem, negligit perquisitionem bonorum æternorum, quorum levem quantitatæ imaginem fides nobis tribuit. Cor, quod corrumpitur in otio, & mollitie, menti semper tenebras ostendit, velut illi loci. Sanctus Chryostomus inquit, ubi flagnantes, corruptaque putescunt aquæ, ex quibus terri exhalant vapores, qui suam improbitatem, ac mephitam aeri ambientis communicant. Hinc Propheta impium felicem, atque florentem nobis exhibit tanquam cæcum, cui Deus auferit cogitationem judiciorum suorum, vel qui ex se eorum memoriam amittit per infidelitatem gratia, que ea in iritum ipsi repræsentat inter fulgorem illum, quo amictus est. *Asferentur iudicia sua a facie ejus. Pl. 9. Itat felicitatem suam inconvictis innici putans fundamentum, in superbia cordis sui dicit: Non movebor a generatione in generationem. Pl. 10. Etenim quamvis ambigere nequeat, quominus hoc fictitium adificium cum corpore quo sustinetur, lapsurum sit in sepulchrum, tamen respicit mortem tanquam eminus sepositam, qua*

Houdry Bibl. Tom. III.

res omnes inanes fovet spes illius. *Idem in Domin. 3. post Pascha.*

Nallus periculofior status est, quam prosperitatis; illum enim fere sequitur oblivio Dei, & homo fere Creatoris sui beneficiis abutitur eundem leturus. Re ipsa videmus divites divitias suas in felerum suorum instrumenta convertere, ut seducant innocentes, ac conjugiorum fidem frangant, ut pacem familiarum perturbent. Videmus principes viros generis, & dignitatis sue auctoritate abuti, ut opprimant infirmos, ut persequantur iustos, ut calumniant innocentes, ut ab hominibus inanes referant honores, ut spectentur, & veluti mundi idola colantur. Videmus scientiam, vim, valetudinem, aliaque corporis, fortunæque bona per ingratiitudinis monstrum plurimorum feleram causas fieri. Ita fides nobis potissimum est necessaria in prosperis, ut Deum spectemus veluti auctorem bonorum, dignitatum, opum, aliorumque bonorum temporalium, ut hæc ab eodem accepta per sanctos usus ad cultum, & gloriam ipsius referamus. *Idem sermone pro 13. post Pentecostem Dominica.*

Si raro accidit, ut videamus fidem de humanis ad veritatibus, æramnique vitricem, prodigium ferme est in religione invenire fidem, que vanitatum, voluptatum, honorumque seculi illusionibus inimitata non fit. Et sane fides est, nos supra sensus, omniaque visibilia bona attollere, ut æternis, atque invisibilibus bonis, que nobis proponit, adhareamus. Hæc autem elevatio, atque, ut ita dicam, hæc anime translatio in Deum in adversis longe facilius est: cor enim circum se tristia tantum inveniens objecta, quibus adharetere nequit, sponte veluti sua ad infinitam sese transfert beatitudinem, quam illi exhibet fides. Hoc in prosperis non invenitur: dignitatum fulgor, voluptatum suavia, divitiarum commoda dolosas habent illecebras, que nobis ostendentes mundum cum his, que in ipso jucundissima, atque suavisissima sunt, efficit simul, ut spes a fide propofita quædam veluti chimera habeatur. Ita qui prospero rerum cursu fruuntur, tenentur sæpe elicere ætas fidei in fluorescentissimo statu, in quo sunt, ut virtutis hujus considerationes periculofos illusionibus, quibus sepi sunt, opponant. *Idem, pro Domin. 20. post Pentecostem.*

Si terrena prosperitatis proprium est animas etiam corrumpere, que nativitate jure supra ceteras eminent, multo magis eas corrumpere possunt, que per industria se ipsas effertur. Si enim difficile est non perfringi ejus prosperitatis fulgore, quem avitum domi nostre invenimus; quid erit cum ex obfcuræ domus caligine egressi repente tanta in luce coruscare nometipsos videmus? Si ea in sublimitate vertigine laborant illi, quos ad eandem naturam disposuit; quanto magis metuendum est illis, qui per injustas vias seles eo provexere? Ceterum (æque Sancti Augustini sententia est) nihil impuni prosperitate perniciosius est. Tunc credamus quocumque pretio illam esse tuendam, ingenii vires ad id exerendas, ac fortunam eo proferendam, ut longius nequeat. Nobismet obpatra scelera plaudimus, atque ad recentia audacter adijcimus animum. Nobismet cum illo calamitosa, de quo loquitur Scriptura, dicimus: peccavi, officii, ac religionis meæ terminos prætergressus sum: verum quid inde? quid ideo mihi accidit triste? nunquid peccatum invenit res meæ? cur ergo dolendum? *Ex moralis divisionario sermone 2. de ambitione.*

Patrium omnium sententia est, peccatoribus nullum magis metuendum esse ea prosperitate, que fruuntur. Hæc bona, hæc valetudo, hic prosper rerum eventus, qui illis foporem immittunt, & in peccatis durant, argumento sunt illos deseri a Deo, qui eorum curam non gerit amplius, & qui omnem criminum ipsorum punitionem in infelicem æternitatem reservat. *V. vobis, qui habetis consolationem vestram, Salvator ait Luc. 6. Hoc illud omne est, quod sperare poteritis; v. vobis, nisi eo severius in vosmetipsos invoveritis, quod lenius vobis pepercit, vobisque locum præbuit tuendi integram severitatem iustitiæ, que vos non punit, sed que omnes colligit iras suas, ut acris in vos animadvertat. . . . Hoc profecto est ex validissimis argumentis, quibus utitur probatur, Deum punire peccatores post mortem, si moriantur, qui egerint penitentiam. P. Heliodorus Parisiensis Capucinus, serm. 3. de voluptatibus.*

Nihil in mundo vulgatius est hæc querela, bonorum videlicet conditionem admodum esse deplorabilem; eos in prosperitate, que, vel etiam magis exagitat, quam malos, in prosperitate, atque tranquillitate, que virtutis esse debent privilegia, passim iniquitatis, & injulitiæ partem esse, atque instrumentum, ac tandem justos, & peccatores simul permixtos isdem malis obno-

Quam periculosus status prosperitatis.

Nullis magis fide opus est, quam in prosperis.

Prosperitas, sepe indicio est non a Deo detulchis est.

Dei consilium in prosperitate.

ios esse, perinde ac si sitem adstricti essent criminibus. Cogitatio hinc impio contra Deum commovit, eosque redigit, ut vel de iustitia illius dubitent, si providentiam confitentur, vel providentiam negent, ut illius iustitiam defendent. Sancti nonnumquam commoti fuerunt, & ipse etiam regius Propheta sentiens Dei manum, que super ipsam calamitatem, strumacumque accessione gravior fiebat, videns pacem, & tranquillitatem peccatorum fateri se zelo simul, indignatione, ac furore correptum fuisse, donec in sanctuarium Domini ingressus est, ut ibi secretas detegeret causas ejus dispensationis, quas illi adeo abhorrens videbatur. Sed consilia Dei longe distant a consiliis hominum. Cum nefarios homines prospero rerum cursu sui finit, ideo sinit, ut vel beneficiis commoveantur, si quid grati animi sensus in illis fuerit, vel ut imperfectas virtutes aliquas eorum fluxu felicitatis remaneant; vel ut eos sibi metipsum relinquant, ac cupiditatibus ipsorum tradat velut egrotos, de quorum valitudine actum est, & quibus permittitur, quidquid parant, ut vel ostendat quam parvo a sapientibus estimanda sint bona, que Deus ipsis etiam suis concedit inimicis. Contra vero cum illos affligit, id agit vel ut ostendat odium, quo peccatorum persequitur, flagitiosos homines suppliciorum exemplo coercent; vel ut invidos pena revocet in ordinem, in quem voluntaria penitentia se redigere noluerunt, vel ut significet illis se Dominum esse, alios quidem severissime puniens, alios quadam impunitatis specie gaudere permittens, ne, si neminem puniret, crederet aliquis ipsam humanam hanc vel non videre, vel non moderari, vel ne, si puniret omnes, crederet nihil ille sibi iudicandum reservare in extremum diem, ac nihil reliquum esse, quod post hanc vitam improbi possint. Ita S. Aug. argumentatur. *Flehter form, de tribulationibus.*

Si cordis humani finis scrutamur, ut illius exploremus consilia, hoc satis est, ut nobiliter persuadeamus; maximam prosperitatem æquivoceam esse notam felicitatis etiam terrena illius, qui eadem persequitur: tunc enim videbimus, hanc hominem, qui nobis beatus videtur, chimericis sese mancipare idolis, ob magis turbari fallaci nuncio concuti, semper metu agitatum; felicitatem suam constituere in spe boni illius, quod minime possidet, integros annos traducere inter curas, moroseque, ut illud possidet, & postmodum, ubi illud fuerit affectus, continere. Nos illum videbimus ita bona, honores, ac voluptates sidentem, ut quo plura possidet, eo plura possidere desideret, respiciens quod supra se est, statim ac pervenerit illuc, non amplius velit terminum, sed tanquam transitum; atque hoc pacto per ipsam felicitatis ipsos species veram illis infelicitatem videbimus. Telle est Salomon, qui supernaturali scientia illustratus, quam a Deo petierat, protulit hoc oraculum sapientissimum mortalium omnium dignissimum: *Vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Eccli. 1. Abhis de Monmorel in Diatriba quarta post Epiphaniam.*

Cum Deus nos aliquo affligit calamitate, quin Del dignum agnoscamus, eventum hunc respicientem tanquam terribitum, vel eorum infimulatum fortunam, que temere, & inconsiderate percuro; neque attendimus, quod non minus quidem de capite nostro decedit prius sine cogitatione providentia sapientissime, que omnia ad electorum bonum, atque utilitatem permittit. E contra si omnia nobis & voto cedunt, si bonis diffidamus, si aliquod gloriosum nobis accidit, si boni illi agnoscamus iusti numeris opus, & tantum quod, quod tunc de propria distindam infirmitate ad aspectum dignitatis, quo longè vires nostras excedit, ut non dubitemus, quomodo nobis necessarium meritum adsit, ut eo persequamur manere, in quo nos ab eadem providentia contumaci consensimus. Hinc nonnulli facile Dominum in calamitatibus agnoscunt, & in prosperis confitentur; quamvis utrumque arbitrium sit penes illum, & nihil sine illius accitit iusto. *Idem Hamilla in 4. Quadragesima Dominica.*

Omnes percurrete conditiones, nullam magis otiosam, inattentemque invenietis, quam eorum hominum, qui prosperi gaudent, eorumque mulierum, que sua habent commoda, & omnibus vita hujus deliciis fruuntur. Operi vacante artificio, & totos dies occupati sunt; agricolæ fructibus sibi comparant victum mercatores suis inveniunt negotiis; at qui in prosperitate veritatem, nescit quomodo tempus traducere possit; iudat opus est, ite induitur, solatis indulget. David pastor dicit noctesque suo peccati invigilat; David miles dicit exercitum, ac Philisteos debet occidere; at illene ab hujusmodi laboriosis conditionibus ad tranquillitatem statum gradum facit? prospero gaudet

Prosperitas nonnulli aduvertit

seram cursu, omnibusque negotiis vacuus est? otium illi soporem inimitit, atque solatia, & oblectamenta confectatur eo tempore, quo illi in ætate descendere confueverunt: *Quo tempore reges solent ad bella peccata. Joly propositione de mandata prosperitate pro quinta post Epiphaniam Dominica.*

Permittit Deus impiis prosperi frui rebus, ut hos miseris inexcusabiles faciat. Vobis coctis, dicit aliquando, quidquid optabatis; vos cocti, dicit aliquando, potentes, ut hac beneficia locum vobis preberent amandi me, ac terendi præcepta mea; vos autem adeo ingrati fustis, ut illis abutimini, ut me contumelia afficeretis. Hæc vobis contumelia bona, non ut luxum, otiumque vestrum forever, sed ut vos impellerem ad æterna acquirenda bona per fidem legis mee observantiam; vos autem illis uti estis, ut vestmetipsos corrumperetis. Quid his respondentis postis, & cumam præterquam voluistis hoc malum acceptum referre potestis. *Idem.*

In hoc prosperitatis statu, præterquamquod cogiter de nobismetipsis diffidere debemus, debemus quoque in judi Dei timore verari. Omnia mihi flant & sententia; perfecta valitudine fruar, nihil mihi resistit, facio, quocumque volo; veram hæc nunquid illi Deo me repulsi a facie tua, nunquid tibi causam tribui, ut omnem de me curam abijceres? O Deus misericordie, & bonitatis nolo hanc misericordiam, que pravis cupiditatibus meis non adverteat. Afflige hanc valitudinem, quo usus sum, ut te ledere, ad præper salutari amaritudine eas voluptates, que me inimicum tuum effecerunt: deprime hanc vanitatem, & fatium, qui mihi omnem Christianæ humilitatis sensum abstulerunt. *Idem.*

Quis non mirabitur videns Herodem in folio vite hujus deliciis, ac bonorum affluentia imbutum, quantumvis incertus, ac improbus sit, cum interim Joannes Baptista Prophetarum omnium maximus, atque sanctissimus inter compedes, & vincula in obscuro carcere langat? Heu Domine! Quot ob miram hanc bonorum malorumque vite hujus distributionem in debium providentiam tuam revocant! Quomam aberunt frequentes ille, magnificæ promissiones, quibus bonis te futurum esse recepisti! Quis credidisset futurum, ut derelinqueres mortalium omnium iustissimum, omnique prædicatum ordinissimum ultionum impudicæ mulieris, ac incesti principis potestati? Hæcine agendi ratio est fatis apta, ut ministris ad gloriam tuam procurandam, & legum tuarum profanatores corripiendos adigas? Nenne metuendum potius est, ne fortissimi cuiuscumque animas corruat, & ne zelus intepescat, ubi exitium, carcer, mors fidelium servorum tuorum pars esse deprehendatur? Hi erant Ethiorum sensus, cum videbant cognatos, amicosque suos honoribus bonique exutos, ferreis catenis cruciatis, ac lividissimis damnatos supplicis, ex quo in Jelu Christi facta transierunt. Verum avertat Deus, nos, qui alios habemus oculos, quam invidios illi, eosdem sensus habere. Docet fides, si bona, ac mala vite hujus indiscriminatim iustis accidunt, & in ipsi, Divinam providentiam in altera vite bonis præparasse ea bona, quorum improbi exortes erunt, ac malis etiam destinasse penas, a quibus iusti erunt immunes. *La Font in continuatione discursuum celestissimum pro secunda Adventus Dominica.*

Ecce impij, qui Deum irritavit nequissimis criminibus, que contra gloriam illius fingi possunt: hic Dei patientiam fatigavit, atque seelerum suorum enormitate sibi omnipotentis iram conflatit. Quam indignationem repetit Deus? Putative illam amaritudinem omnia ejus gaudia adperferum? insanabili morbo eum percussuram? exultationem, & bona illius perdituram? omnia ejus consilia everlarum, eumque de summo magnitudinis, ac felicitatis cumulo, quo per deos, atque injustitias ascenderet, deturbaturum? Ita sane, si illius miseretur, si illum convertere vellet si misericordia erga ipsum uti vellet; sed quod ultisci vult tot sibi illas contumelias, has impunes relinquit, ut severius in auctorem animadvertat: *Secundum multitudinem iræ suæ non quæret. Smet hunc per fas, & nefas divitias congerere; sicut hunc mundi gaudis, & voluptatibus inebriari; tradit hunc corruptionis cordis ipsius; sicut hunc fallaci prosperitate signari tanquam victimam brevi iuste vindictæ suæ immolendam. Idem.*

Donec Deus peccatorem in hac vita possit, pravis consiliis ejus resistit, vias ejus spinis obstruit, ut quidam loquitur Propheta, aliquam illi calamitatem immittit, indicio est, ipsum nonnullum paternam erga ipsum abiectionem benevolentiam, & velle adhuc illum excitare & homo, in quo alie demersus est, eumque a secleribus, & flagitiis avocare. Sed postquam Deus inutili

Es impiorum profre, ac fundenda non est occasio obdurandi contra providentiam.

In prosperitate iustitiam dei nobis ostendit.

Quam velle Deus cum Herode, & Jo. Baptista se gessit.

Divina iustitiam est in hac via permittit, ut peccator obduratior efficiatur.

inutili labore omnes sui amoris artes exercuit, amovete ultimum manum suam a peccatore? scelera ejus impunita relinquit? patior nequissimum ejus consilia, & voto credere? sicut illum pro libidine terere voluptatibus inebriari, sicut illis aliquam admodum amaritudinem? hoc certissimum est, quod haberi possit, æternæ reprobationis illius argumentum. Non potest Deus modo magis terribili in peccatorem suum in hac vita exercere iracundiam. *Idem.*

Cave, ut impiorum prosperitatem spesce veluti causam dubitandi de providentia; nihil enim efficit, ut magis inteficet: cave, ne invidens magnis his peccatoribus, qui per nefas opes congerere. Noli annulari, Regius inquit Propheta Psalm. 143. in 20, qui prosperatur in via sua, in homine faciente injustitias. Invidios, quibus fidei lumen non affulget, eorum prosperitatem, pacemque fallacem respiciant tanquam celi donum, & criminum impunitatem; illos credant beatos, ubi eos vident vite hujus deliciis inare, gloria, & divitiis cumulatos, atque nominis sui timorem omnibus injicientes: *Beatum dixerunt populum, cui hæc sunt. Nos vero fi luminibus fidei judicamus, non secundum iudicium, quod de illis in mundo fit, sed secundum magnitudinem criminum, quibus Dominum irritantur, nunquam credemus impios beatos esse in ipso factone ipsorum cumulo; miserebimur potius insignis eorum prosperitatis, quam illi invidemus; ac terrenam eorum in hac vita impunitatem spectabimus veluti lunatum æternæ reprobationis eorum, atque severissimæ in altera vite damnationis præsigium. Idem.*

Ad quemcumque magnitudinis cumulum impij evehi sint, quantumvis omnia illis cedant & sententia, quantumvis in criminibus suis lapsus esse videantur, qui eorum statui invidemus, misereamur potius eorum, & fallacis hujus prosperitatis, que illos excecat, perdit, & ad æternam damnationem adducit. Cum S. Paulino dicamus: abst. Domine, ne hoc in mundo finis particeps fortis beatorum fuerit, a qua longe distetam in altera prætolamur. Ne permittas, nos aliquam habere cum illis societatem in bonis, atque voluptatibus, quoniam in seculo futuro ab illis in æternum separandos esse speramus. *Quis mihi cum horum societate commercium sit, cum quorum forte discretio est? Idem.*

Nonne docet experientia, ubi aliquis per nefas se cupit attollere, atque illegitimis rationibus locum perculit, si ad tandem aliquando prospero gaudet termino plebs, Deum tamen permittit, ut lapsus eo gravior, ac perniciosis sit. quo ex aliorum illis decidit grida? Inania, & ambigua fovilis consilia famulam opibus augendi, illis attollunt, & postquam aliquantisper omnia & sententia fluere conspexeris, jam pauperes omnes, abjectiores, magisque contenti, quam antea. Neque id accidit ob indultum, & laboris defectum, ad id enim nullum non movissit lapidem: *Seminastis multam, & in modis parum. Aggel. 1. Seminatiss multum, fortasse manu utraque accepissis, facrum, profanumque nullo in discrimine habuissis; nullum tenus est, nulla frigus, nulla veritas, quam non permittit Deus, ut opes congererentis. Id autem non permittit Deus, & fortasse misericordioso consilio, ut vobis collegere, & ne per prosperitatem constantem in laetumque veretis. Ille non solum fortunam vobis eventit, verum etiam ad turpem redegit pauperitatem: esse jam impliciti velis ut seculum in peccata vestra, non semper felicitatem per seculum accipiat, & novit ille, quo pacto de gradu dejicere possit eos, qui contra providentiam suæ decreta se attollunt. *Auctor Anonymus.**

Si bonis, honoribus, mundi felicitate frui mor, verbo, si in prosperitate versamur, ne illis adheramus, & ne ideo gævifuros, & omnia bona, que nobis elabuntur, vel ex se intereunt, nobis quammodo dicere muta quidem, sed que intelligi potest, voce hæc Propheta verba: *Divitiis si affluant, nolite cor apponere. Psalm. 61. Ita forma hæc, que excidit, & que mulieris hujus idolam est; familiaritas hæc, que incipit extingui, & in qua homo ille omnem voluptatum suam constituit; valetudo hæc, que infirmatur; auctoritas, que natat, extimitio, que atteritur; honores, qui evanescent; hæc omnia nature, & forum que bona, & que tempus paulum aufert, hæc nobis recitant verba: *Divitiis si affluant, nolite cor apponere. Sapiens necba persuadere cupiens, quem modum ipsi periculum erat, de penitentia, quo prætoro signa hujus mundi, & quæ non est illum quidem horum fallacium bonorum veligium relinquit, que tanopere confectatur, plurimas congerit similitudines æque significan-**

tes ac solidas, diceos ea præterite velut umbram, vel tanquam curiorem crebro anhiliis felicitatem, vel navis instar agitatores fluctus magna celeritate fecantis, vel sicut avem per aera volantem, que deprehendi possit locus, per quem transit. *De Monmorel, Hamilla, in Demin. 3. post Pascha.*

Felicem esse secundum mundum non semper est felicem esse secundum Deum. Prosperitas flagris simillima est, que ex teterioris aque peccato obicium emittunt vapores, & circumfusum aerem obicium simul, & insalubrem efficiunt. Qui prospera ebrius est fortuna, cæcus est, qui numquam eo oculis habet Deum; terre hujus adipæ repletus eos oculi contemnit: his valetans, que sunt contemptibilia negligit, que sunt æternæ; gaudens beneficio, quin benefactorem aspiciat, nocens impune, quin cogitet sibi iudicem esse; delet ex animo molestas omnes imagines, que ipsum in officio continere possent; insidens opes, quin nihil eorum agnoscat, dicit inter se, nulla re nunquam commoveri se posse, non aliam habet voluntatis suæ regulam, quam ipsam voluntatem: credit sibi licere, quodcumque lubet, & quidquid suum palibitionem sibi debet. Sibi veluti legem irrogat suis fatistatendi cupiditatibus, atque suis voluptatibus persuadendi. Terribilis status! Inelix christiani hominis status! *Auctor Aitipum christinarum in Panegyrico Sancti Elisabethæ.*

S. Chrysoloni sententia est, prosperitatem nihil homini prodest ad virtutum comparandam. Hæc tamen paradoxum sapere videtur, qui enim sibi victum quotidie comparare non debet, & qui nulla turbata calamitate, hic videretur oculos semper in caelum elatos habere debere ad gratias agendas dextera, que in ipsum tot gratias effundit, & omnique ejus cura in eo collocanda, ut vitutes excoleret, atque in omni bonorum operum genere sese exerceret. Sed oppositum docet experientia. Preces non alias effundit, quam Pharisæi precibus similes; si illum audit loquentem, Deus illi debere videtur, eumque omni bonorum genere distat, nihil a Deo peti. Seniam voluptates, quibus se mancipat, non sinit ipsam mentem ad æternam rerum cogitationem attollere, & quemadmodum opes, que de terra prodierunt, semper ad originem suam lerunt; qui his onulus est, terrestres tanquam modo, & christiano homine indignos foret cogitationes. Cujus rei probatissimum si queratur argumentum, satis est memisse, quid populus Israel in deserto contigerit. Hic nuperime ex Agypto erat egressus, ubi laboribus obruebatur, & vix tantum habebat frugum, quantum ad vitam protrahendum satis esset. Gravissima tamen ejus necessitas, & maximus labor non aque illum dolore afflictebat, quam quod spatium sibi non relinquerebat, quo Deo vota nuncuparet. Hæc maxima erat servitutis ejus panna, hic dolor præcipuus, & licet inter idola versaretur, illa nihilominus execrabatur. Tandem aliquando misericordia ductus Deus illum de infelici regione eduxit, atque in amovissimum adduxit solitudinem, ubi nulla re turbabatur. Totum illi tempus vacabat; atque ne a laudabili consilio averteretur, quo Deo ui vacare velle videbatur. Dei providentia economi instar omnibus ejus consuluit necessitatibus. Non tenebatur Israelita agros excolere, ut fruges meteret, quibus vesceretur. Angeli quodammodo eorum erant promissionis, & quotidie caelestem illi mannam demittebant. Neque his dapes vel præparare, vel condire tenebantur, quippe non deerat manne quilibet gustus quaruncumque epularum. Velles illorum usu non atterebantur, morbi procul aberant: hic miracula totidem erant veluti præcones indefinenter clamantes in caelo Deum esse, qui omnem curam eorum merebatur. Atamen nunquam magis impii fuerunt, neque Deum unquam adeo contempserunt. Coegrent Aaronem, ut sibi constaret Deos is similes, quos viderant in Agypto: & quamvis ille nullum non moveret lapidem, ut eos ab impiis fascino deterreret, pati debuit, ut illi aureum conflarent vitulum, quem in triumpho morum quocumque circumtulere ab omnibus adorandum, ubique reincidentes: Israel esse Deos quibus debes libertatem tuam, ecce illos, qui de serpit vitutis jugo te empuerunt. Verum quidam adeo abundantium consilium iniret? Ille nimia febratit abundantiam, & prosperitate. Hoc illum perdidit, eumque impellit in nefarias abominationes, quas, dum occuparetur, perhorrescebat. Sed prospero rerum cursu terræ, & virtute præditum esse duo sunt aque rara in terra, ac in caelo sunt inseparabilia. *Pater Cordier in familia sua. tom. 3. cap. 16. §. 8.*

Si bonorum hujus mundi contemptus maxime difficile est terrenis nos

Hypocritas hominis secundum mundum beatum

Prosperitas nullius est subsidii ad vitium acquirendum

Difficile est terrenis nos

